



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXIX. Dietrich von Kerkow versöhnt sich mit der Stadt Prenzlau, am 14.
Januar 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

law, per manus Hermanni de Luchowe, Anno Domini M^o. CCC^o. XXVI^o., Dominica
Jubilate.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXIX. Dietrich von Kerckow versöhnt sich mit der Stadt Prentzlau, am 14. Januar 1327.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Theodericus de Kerckow, Miles, Petrus et Georgius, fratres de Kerckow, famuli, predicti Theodorici filii, Henricus de Stegelitz, Dubbezlaus de Eyckstede, Henricus de Sydow, milites, Henninghus Blanckenburgh, Boreckow de Kerckow, Henninghus de Sparenwalde, Henricus de Benitz, famuli, Coram vniuersis presentia percepturis, visuris seu auditoris recognoscimus publice protestantes, quod manu coniuncta fideque prestita sine data promissimus et in presentibus promittimus honestis viris, Dominis Consulibus Ciuitatis Printzlavie pro discordia et controuersia, que fuerat inter nos, videlicet Theodoricum de Kerckow ex vna parte et predictae Ciuitatis Consules Printzlawe et eorum Ciues, videlicet Conradum de Bismarek et Menfonem prefectum parte ex altera, ex captiuitate, qua nos Theodericus de Kerckow fuimus captiui ex parte Gerhardi de Snackenborgh, famuli, a Consulibus prelibatis, ita quod omnis predictus rancor diffentionis est finitus et terminatus amicabiliterque unitus, taliter quod nullum damnum, cum omnibus causa nostri facere et permittere volentibus, debemus repetere vel inferre vindictam prefate ciuitati et eorum ciuibus pro causa huiusmodi aliqualem, Predictae vero Ciuitatis Consulibus dabimus quinquaginta marcas Argenti pro Damno, quod sumplerunt et expensis, quas fecerunt ex parte Gherhardi Snackenborgh memorati presertim. Si quidcunque in predicta sone et unione a nobis et ab his, qui causa nostri facere et dimittere desiderant infringere, ex tunc infra quatuor septimanas, monitione premissa intrabimus dictam ciuitatem Printzlau, ibique obstagium faciemus, non exeuntes, donec tale damnum qualicumque modo illatum in dicta compositione sit reformatum, compositum in iure aut amicitia integrum et ex toto. In cuius rei testimonium et ne a nobis et a nostris successoribus predicta unio, compositio, ordinatio infringatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Printzlau, Dominica feria III post Epiphaniam Domini, sub Annis Domini Milleesimo trecentesimo vigesimo septimo, in euentiam pleniorum.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.